



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 30. Sesso tertia. Contumaces citantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

## §. XXX.

Sæculum IX.  
A. C. 869.*Sessio tertia. Contumaces citantur.*

Sessio tertia undecima Octobris celebrata. Numerum vero Episcoporum illi decem, qui in superiore Sessione suscepti fuerant, & duo alii auxerant, unde viginti quatuor interfuerunt. Inprimis quidem Metrophanes Metropolita Smirnenſis quæſiuit, an non expediret legere literas Imperatoris ad Papam & ad Orientales, deinde etiam literas Ignatii Patriarchæ, & Hadriani Papæ? sed Legati Papæ dixerunt: *Scimus, esse Episcopos non nullos, a Methodio & Ignatio ordinatos, qui libello Roma miſſo ſubſcribere recuſant. Idcirco vobis, antequam ad alia progrediamur, injungimus, ut nomine Concilii ad eos vos conferatis, & admoneatis, nihil magis neceſſarium, quam ut Concilio ſe ſubſciant.* Idipſum Legati Orientis ſualerunt. Ergo Metropolitanæ tres, Metrophanes Smirnenſis, Nicephorus Amafeenſis, & Nicetas Athenienſis eos ad eunt, & quæ in Mandatis haberent, duobus Metropolitanis Theodulo Ancyrano & Nicephoro Niceno exponunt. Reſponderunt illi: *Quod ſpectat ad ſubſcriptionem, quam a nobis petitis, ſciatis, nos tot ſubſcriptionibus, bonis malisve, quas dedimus, fatigatos ſtatuiſſe, nosque etiam obſtrinxiffe,*

p. 1006.

II. Octobr.



Sæculum IX. *xiffe, ne cuiquam amplius formula sub-*  
A. C. 869. *scribamus. Sufficit enim, quod subscri-*  
*pserimus nostræ Fidei confessioni, cum*  
*ordinati fuimus, quæ in Chartophylacio*  
*Patriarchæ asservatur. Ideo rogamus*  
*Synodum, ut nobis, si fieri possit, tota*  
*vita nostra huic proposito inherere li-*  
*ceat.* Cum delegati hoc responsum scri-

*ptum attulissent, eam Vicarii Pontificis*  
*publice in Concilio recitari iusserunt.*  
*Sup. n. 17.* Tum ipsis iubentibus lecta est episto-  
 la Imperatoris Basilii, item Ignatii Pa-  
 triarchæ, ad Nicolaum Papam. Deinde  
 Marinus Diaconus, ex Legatis Pontifi-  
 ciis unus, Responsum Hadriani Papæ ad  
 Ignatium latine legit, quod Damianus  
 Interpres græce explicavit.

*p. 1014.* Legatis Pontificiis interrogantibus  
 hæc epistola videretur esse canonica,  
 Concilium eam approbavit. Mor-  
 que solitis acclamationibus soluta est  
 Sessio.

## §. XXXI.

*Sessio IV. An Papa cum Legatis*  
*Photii communicaverit.*

*13. Octobr.* Sessio quarta decima tertia Octobris ce-  
 lebrata. Bahanes Patricius dixit:  
*Sunt duo Episcopi, a Methodio ordinati,*  
*nomine Theophilus & Zacharias, qui*  
*Photio adhaerentes, eum ab Ecclesia Ro-*  
*mana receptum affirmant. Si vobis vi-*  
*detur,*